Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39281
Copyright: Kremsmünster, Benediktinerstift



127 Beati omnes qui timent dominum: qui
ambulant in viis eius. Labores
manuum tuarum quia manducabis: be
atus es et bene tibi erit. Uxor tua sicut
vitis habundans: in lateribus do
mus tue. Filii tui sicut novelle o
liuarum: in circuitu mensae tue. Ecce
sic benedicetur homo: qui timet do
minum. Benedicat tibi dominus ex syon:
et videas bona hierusalem omnibus diebus
vite tue. Et videas filios filiorum tuorum:
pacem super israel. Gloria patri et filio et spiritui sancto.

128 Sepe expugnaverunt me a iuventute
mea: dicat nunc israel
Sepe expugnaverunt me a iuventu
te mea: etenim non potuerunt mihi
Super dorsum meum fabricaverunt
peccatores: prolongaverunt iniquitates
suas. Dominus iustus concidit
cervices peccatorum: confundantur et